ridiem; Ingredientibus enim atrium ab oriente primo di
vertendum erat ad meridiem ubi mare in ipso angulo sta
bat ad lavandum sacerdotibus positum; Deinde
progredientibus introrsum occurrebant luteres ad lavandas
hostias utrimque positae; Inter has basis
erat aenea quinque cubitorum longitudinis quinque cu
bitorum latitudinis et trium cubitorum altitudinis; In qua
stans Salomon dedicabat templum; Deinde ulterius progredi
entibus occurrebat altare holocausti contra eius medium
atrii; Deinde porticus templi sive vestibulum in quo
erant columnae aereae circa hostium templi; Quod ergo
mare repositum est ad dextram partem templi significat
lavacrum baptismi ad regnum caeleste;
Quod autem vocabulo dextrae figuretur debere perve
nire; qui enim crediderit et baptizatus fuerit
salvus erit; Item quae ubi dextra simul et sinistra in
bono accipiuntur vel iudaeum et gentilitatem vel ut in expo
sitione beati Iob supra diximus vel praesentem ecclesiae
vitam et futuram vel laeta saeculi et tristitiam vel ali
quid huiusmodi; Ubi vero absolute dextra in bono po
nitur aeterna gaudia saepius demonstrat; Quod vero
contra orientem posuit mare ad eandem propheticam significa
tionem respicit; Quod videlicet per lavacrum sancti fontis
splendor nobis luminis aeterni aperitur; Quod ad me
ridianum latus atrii significat fideles per acceptionem sancti
spiritus ad flagrantiam solere verae caritatis accendi;